



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXXIX. Quanta opus contritione ad remiſionem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

cit, sicut & Votum Sacramenti.

A D H. Vbi charitas, ibi & iustitia est, abest peccatum: sed ea præsupponit Contritionem.

## Q V A E S T I O X C.

*Quantum opus Contritione ad remissionem?*

L V THERANI, ut Kemnitius p. 2. Exam. pag. 964. *Impossibilis est sufficientia & perfidio contritionis: Et eius persuasio facit vel Phariseos, vel desperabundos. Conscientia enim nunquam certa de sufficientia semper dubiam anet de remissione.* Item CALVINVS Inst. l.3. c. 4. §. 2. *Conscientia miris modis torquentur, dum sibi debitam peccatorum contritionem imponunt, nec affequuntur Debiti Mensuram.* Et §. 3. *Ostendat unum, qui bniusmodi Contritionis doctrina vel non sit ad desperationem adducta: vel simulationem doloris iudicio Dei posuerit.*

A V T O R. I. Luthero. Calvinistæ sua doctrina poenitentiali fideles adiungunt ad desperationem. 1. *Quia ad remissionem requirunt acrem, veram, seriā Contritionem: Atqui hæc debet esse ex toto corde perfecta: iuxta Deut. 4. Inuenies Dominum, si ex toto corde quæseris eum, & tota tribulatione anima.* Deut. 30. Rursus: Attalem, (sicut & Dilictionem) afferūt aduersarii esse impossibilem in hac vita. Ergo necessariò impossibilis est remissio peccatorum: quæ est desperationis doctrina.

Mentitur itaque Calvinius à nobis requiri parem iræ Dei; quæ, ut infinita, est homini impossibilis. At S. Scriptura nil impossibile exigit: exigit autem, Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Et sic conuerteret aliquos testatur: 4 Reg. 23.

*Similis illi non fuit Rex, qui reuenteretur ad Dominum in omni corde suo. Item & conuertendos: Ierem. 24. Ego ero illis in Deum, qui reuertentur ad me in toto corde suo.*

II. Dolor de peccatis debet esse summus Appretiatiū: scilicet in appetitu Rationali, quo Voluntas summè detestatur peccatum. 2. Non autem Intensiuē, scilicet in appetitu Sensuilo; in quo moralis possiblitas sufficit. Quia hoc est conuerti toto corde; licet alii magis, alii minus habeant sensum doloris: at Voluntatem habere oportet omnes. 3. Neque certum gradum doloris Scriptura requirit: Nam ea præcipit nobis cognitū, factuque humanitus possibilia; at de gradu nil docet. 4. Neque opus ut tot sint artus contritionis, quot sunt peccata; et si perutile foret. Quia Pœnitentia esse momentanea potest. Isa. 30. *Chum reuersus fueris saluus eris.*

## Q V A E S T I O X C I.

*Contrito an sit Causa Remissionis, idque etiam tantum Voto Sacramenti?*

L V THERVS in Assert. att. 12. *Volo contritionem: sed dico eam non operari iustificacionem aut remissionem peccatorum: Fides enim in Verbum Dei iustificat & purgat.* Sic & CALVINVS Inst. l.3. c. 4. §. 3. Kemnitius, &c. Quia hic etiam pertendit, Contritionem nec cum voto Sacramenti operari remissionem ante Absolutionem.

S Y A D E N T istis. 1. *Charitas prædicens Contritionem causat remissionem:* Luc. 7. *Remittuntur ei, quia dilexit scilicet antea non iam diligit.* &c. Plura Bell. 1.2. o. 14.

A V T O R. I. *Contrito verè est causa remissionis.* Sic omnis Thologia;

Vv 3 &

